Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 95

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 214.

Cod: XCV.

membran: for: minutiss: Saec: 14. 1. 7. 5.

Libellus precatorius.

Libellus precatorius summa elegantia scriptus. Continet 1. Calendarium ecclesiasticum, in quo id singulare est, quod 18. Nov: refe ratur Dedicatio octav: SS. Petri & Pauli. 2. Officium de S. cruce. 3. Missam communem de B. V. M. In fine Evangelio S. Joannis subjunguntur tria alia, nempe: Missus est angelus Gabriel; Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judae; et Recumbentibus undecim discipulis. 4. Septem carmina psalterii, quae S. Bernardus dicitur edoctus a diabolo. Brevis praemittitur hujus Sancti cum ~~cum~~ diabolo dialogus. 5. Orationes varias, quas inter una de S. Bernardo idiomate italico. 6. Quinque priores psalmos graduales. 7. Psalmos poenitentiales cum Lytaniis Oo: SS:, in quibus nominatur praeter Thaddaeum alter Judas; item Christophorus, Bertinus, Bavoet. 8. Officium de B: V: M: ad sepulchrum plangente, quod in Codice nostro Joan: XXII. tanquam auctori tribuitur. 9. Brevem commentarium super Salve Regina, quem multae orationes et praecedunt, et sequuntur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 95

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27432

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)